

Sicere Capitulum est valde probabile, & securum in praxi.

Cap. Cum Apostolica.

Iura contrariam sententiam quomodo procedendum.

Religiosos ad contributiones non teneri.

Quia pauperes.

Et ob privilegia, que specialia in Societate.

Greg. 13.

quit quin sententia, qua Capitulum sufficere alferit, sit valde probabilis, & secura in praxi: licet aliquoties aliter fuerit practicatum. Quia etiam cum consensu totius Cleri requiritur, sufficit consensu Capituli, vt in Cap. Cum Apostolica, de iis, qua: sunt à Prælato sine consensu Capituli, in quo sic dicitur, D. Leonis Magni verbis adductis: Cum totius Cleri consensu, atque tractatu ideligat, quod non sit dubium Ecclesie profuturum. Sic ibi. De Capitulo autem esse sermonem manifestum est ex allatis illius Tituli verbis, & ita sine controuersia affirmat Glossa. s. Cleri. Videatur etiam Cap. Irrita, eodem Titulo. Deinde. Multa alia ad spirituales causas spectantia potest Episcopus cum solius Capituli consensu disponere: ergo & hoc, de quo agimus, in quo de grauiamine tantum agit temporalis. Antecedens constat ex Titulo citato, & Consequencia à maiori ratiõne.

139 Deinde, si contraria sententia standum sit, omnes debent Ecclesiastici vocari, ad quos potest grauiamen, de quo agimus, peruenire. Hoc videtur certum ex ratiõne adducta, Textibus roborata, qua: vel hoc probat, vel nihil. Quia verò impossibile multoties erit, vt omnes conueniant; etiam etiam possibile, magna ex tot concurrentium vocibus possit timeri confusio, vnus aut plures ab illis, qui de Capitulo non sunt, aut in ciuitate præcellens officium non habent, Procurator, aut Procuratores eligendi: quod & ratio satis ostendit expediens, & vltus videtur comprobare. Quidquid aliter dispositum fuerit, arbitrium poterit æstimari, & sine fundamento in Iure: vnde non vocati legitime conueniri poterunt, & Republicam, non sine grauibus incommodis perturbare. Præcellens autem officium Parochiale est, aut Vicariatus eidem æqualis, vel ferè; siue quod aliud, pro quibus præcedat consultatio, in hoc enim Episcopus cum Capitulo poterit, quod opportunum visum fuerit, protulere.

140 De Religiosis autem Ius non loquitur, quia non debent ad contributionem aliquam obligari, cum paupertatem profiteantur. Et quidem nomine Clericorum in odiosis non veniunt, vt ex Angelo, Siluestro, & Tabiena obseruat P. Thomas Sancius in Opere morali Lib. 6. Cap. 15. num. 74. quia in illis speciales qualitates concurrunt, qua: in communibus Clericis non inueniuntur. Et quoad præsentem casum id est manifestum: cum enim, vt diximus, profiteantur paupertatem, immerito ad contributiones traherentur. Et quidem pauperes ad solutionem gabellarum non teneri plures Doctores affirmant, quos adducit & sequitur idem P. Sancius Lib. 2. Confessorum. Cap. 4. Dub. 15. Ergo multò potius id de voluntariis Christi pauperibus asserendum. Accedunt Pontificia priuilegia, qua: illos ab exactionibus immunes præstant, & pro Societate Iæsſu habentur specialissima, præsertim Pauli Tertij, Pij Quarti, & Gregorij XIII. priorum facientis mentionem in Bulla, qua: incipit, Pastoralis officij, & sic loquens iuxta tenorem Bullæ Pij Quarti: At pro potiori cautela vniuersam Societatem prædictam, omniaque, & singula illius, Domos etiam Probationis, & Collegia vtriuslibet consistentia, præsentia, & futura, eorumque personas, fru-

Et ob privilegia, que specialia in Societate. Greg. 13.

tus, redditus, & pronentus etiam bonorum Ecclesiasticorum, secularium, & Regularium quorumcumque illis pro tempore vniuersorum, aliaque res, & bona quecumque, à quibus decimis, etiam Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & aliis fructuum partibus, subsidij etiam caritatis, & alij ordinarij oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, ac alijs quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum instantiam pro tempore impositi, etiam si in illorum impositione caueretur, quod nulla prorsus exemptio cuiquam aduersus illa suffragaretur. Ita quod Societatis, eiusque Domus, etiam Probationis, Collegia, fructus, res, & bona præfata, semper ab illis absque declaratione desuper faciendâ, excepta essent, & esse conferrentur, perpetuo liberauerit, & exemerit, &c. Quæ omnia statim confirmat, ita subdens: Nos igitur, qui votium ipsius Societatis profectum sincero paternæ charitatis affectu libenter amplectimur. Eadem auctoritate concedimus, quod singula Littera prædicta, cum exemptionibus, ceterisque omnibus, & singulis, in eis contentis clausulis, & decretis. Et. Quæ omnia ita intelligenda sunt, vt non procedant in necessitatibus illis, de quibus dictum n. 102. tunc enim perinde est ac si Religiosi opifices conducerent, quorum opera damnis illis aut periculis remedium præstaretur.

141 Quia verò vocari Clericos in casibus dictis fauorabile est, & in fauorabilibus Cleri nomine veniunt Religiosi: dubitari merito potest an debeant etiam vocari. Et quidem cum necessitates sunt, de quibus nuper, dubitari nequit, ex adductis num. 136. Nam quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. Quando autem tales non sunt, non videtur esse talis obligatio: fauores enim tunc exhibendi, quando utilitatem aliquam secum afferunt, qua: ab iis, quibus fauor fit, debeat aliquantulum æstimari. Quod tamen in præfenti non accidit: quia vocatio hæc valde periculosa esse Religiosis potest: qui si pro Rege, aut Republica stauerint, Clericorum offensioem incurrent: si autem pro Clericis, alterius partis indignationi obnoxij remanebunt. Quod tamen non ita euenit quando quis ius defendit suum; & grauiamen proprium conatur amoliri. Vocari ergo, se vrbane excusent: si autem instantia perseueret, nec eam possint declinare, accurrant, & Deo iudice coram oculis mentis habito, quod conuenientius duxerint modestè, & sine contentiois turbine proloquantur. Deus autem veritatis vindex, & zeli Christiani promotor, quidquid eis auctoribus actum fuerit, bono exitu coronabit. Et de his factis.

CAPVT XIV.

An Proreges Indici ex Regiis bonis possint facere donationes.

142 Dico primò. Sine Regis beneplacito nequeunt Proreges ex illius bonis facere donationes. Sic Ioannes Lopez in Repetitione Rubricæ de donationibus inter virum & uxorem s. 66. n. 30. Ioannes Matienzus in Lib. 5. Recopilat. l. 3. Tit. 3. Glossa 2. num. 3. Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 4. Cap. 10. num. 31. &

Ratio pro illa.

Quid illis non prohibeatur.

An vocantur, quatenus Cleri nomine veniunt in fauorabilibus.

Si concurrant, quomodo se gerent.

Assertio 1. Proreges non possunt donationes facere ex bonis Regiis.

in Politica pag. 878. Col. 1. Et alij. Quod probatur ex generali Doctorum consensu, qui affirmant ei, cui libera administratio commissa est, non posse facere donationes: quod de Procuratore Cæsaris specialiter statutum l. 1. s. 1. D. de officio illius & generalius alibi: pro quo Martienzus plures Textus iuris ciuiliis adducit. Videatur P. Lessius Lib. 2. Cap. 18. num. 77. & etiam Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 4. num. 27. & ratiõne videtur manifestâ conuinci. Quia nullus vult patrimonium suum minui, sed augeri: neque illius administrationem alteri præbet, nisi vt tueatur & augeat: quod iuxta naturalem est hominum institutionem, iuxta quam etiam iudicandum. Quia ratiõne furtum non licet, quia inuito domino res auferuntur: ergo neque donatio, in qua militat eadem ratiõ.

143 Dico secundò. Non possunt etiam Proreges debita Regi, remittere. Id conitatur: quia debitum remittere est donare. l. si quis delegauerit. D. de donationibus. Et notat Martienzus supra.

Dico tertio. Non possunt item Regia emolumenta negligere, liberalitatis intuitu, nisi quando eo pacto negotium Regis vtilius peragitur. E. g. Vectigal, quod ex argento in Hispaniam transmittendo soluendum lege præcipitur, & est valde moderatum, remittere nequeunt, simulantes se illius quantitatem ignorare. Et sic in alijs. Vnde sicut & in casibus prædictis ad restitutionem tenentur, iuxta generalem doctrinam de Officialibus Regiis pro rebus huiusmodi salarium accipientibus. Cum enim ex iustitia ad curam & custodiam teneantur, ex illius violatione obligatio resultat damni integrè reparandi. Videndi P. Lessius Lib. 2. Cap. 32. num. 26. Pater Gaspar Hurtadus de Iustitia & Iure Disput. 5. Disputate 10. & alij apud ipsos. De quo & nos alibi. Tunc autem vtiliter negotium Regis ageretur, si nolentibus mercatoribus aliquando argentum transmittere ob timorem non leui suspitione conceptum, vel registro exponere; eisdem significetur de rigore aliquid remittendum. Tunc namque plus habebit Rex, quam si iuxta rigorem legis ista verarentur. Donationes autem esse licitas quando ab administratore fiunt, & in domini commodum cadunt, communis sententia est, pro qua videri potest P. Lessius citato n. 77. & ea, qua: Dom. Solorzanus congerit Lib. 2. Cap. 4. num. 59. & nos etiam aliquid Titulo 1. num. 8. Cauendum tamen ne Proreges commodo potius suo quam Regio prospiciant, indulgentiæ suæ pretium non leue recepturi. Quo euentu fraudata Regi emolumenta restitui debent. Indulgentia enim talis non suo, sed Regis nomine exhibetur, qui non vult semper vassallos suos nimium grauari. Et ita Proreges ad id ratione officij tenentur, pro quo & salarium satis copiosum accipiunt, vnde non possunt vltèrius aliquid extorquere.

Assertio 2. Nec de bita Regi, remittere.

Assertio 3. Neque emolumenta eiusdem negligere; ubi & pro eo limitatio.

Vide Tit. 4. n. 77. & Tit. 5. num. 5. 8. 16. 18. 19. & 24.

Obligatio inde restitutionis.

Assertio 4. Regis voluntatem præsumptam sufficere.

deni P. Lessius Lib. 2. Cap. 18. citatis num. 85. & P. Fragosus Tomo 2. Disput. 24. s. 12. num. 7. vbi alios adducit. In quo si bonâ procedatur fide, & adhibito Auditorum consilio, timendum nihil. Quod si Rex fortè non annuat, donationis factæ conscius, & restitutionem iniungat; restituat Prorex, & Auditores pariter, qui consilio suo donandi auctores extiterunt: immò illi soli. At in foro conscientie neutri, cum bonâ fide processerint, neque ex eo sint locupletiores redditi, vt suppono: nam si tales facti, aliter iudicandum. Donatarius autem retinere rem donatam potest, cum Rex eam redhibendam nolit: fin autem velit, obsequendum ipsi, & restitutio ex obligatione graui conscientie faciendâ. Res enim illius erat, & possessio alteri contra eius est tradita voluntatem.

145 Dico quintò. Quod apprehenditur ex auro, argento, & aliis in penam commissi, nequit prioribus dominis reddi, neque in eo Proreges gratiam facere possunt, cum nequeant rem ad Regium iam sicutum pertinentem ab eo tollere, & alteri condonare. Hoc videtur certum: & qui damnus passus, id sibi imputent, qui ob immoderatam cupiditatem, quod multis congestere sudoribus, certo periculo non sunt veriti deuouere. Si naufragio amississent, sibi certè imputarunt, qui maris non sunt periculis à lucri cupidine reuocati. Si latronum incursum dolendum equidem, sed remedio nullo; cum tamen sibi consulere auaritiæ moderamine potuissent. Non ergo iam mirum si registrum detrectantes, quo salua esse omnia possent, irremediabili amissione multentur, & amantes periculum, pereant in illo.

146 Quia tamen cum res ita accidunt, non ita esse aperta transgressio solet, vt locus penitus reo ad recuperationem nullus relinquatur, vnde & lis solet super talibus excitari. Tunc licet Proregi rem ita peragere, vt neque Rex suis iuribus, nec miser inter angustias deprehensus omnino spoliatur. Cum enim in delictis probationes esse debeant luce solis clariores, & in dubio sit reo potius fauendum quam actori, etiam si actor Fiscus sit, iuxta hæc poterit benigna sententia pronuntiarî. Cauendum tamen ne manibus adhæreat macula, de quo Sanctus Job sanctissime gloriabatur. Job. 31. v. 1. Si enim adhæreat, adhærebit etiam restituendæ obligatio, & vsque ad æternæ damnationis penam, si eidem satis non fuerit factum, adhærebit.

147 Dico sextò. Proreges Indici nequeunt tunc conscientia stipendia pro libitu augere: in augmento enim illo donatio interuenit, cum id, quod non est debitum, tribuatur. Nequeunt etiam militiæ stipendia famulis assignare, qui minime in militia seruiunt, & dicuntur Plasas muerzas. Non seruientibus enim stipendia non debentur, & ita donationes tantum sunt ex Regio patrimonio infideliter & iniuste in rebus talibus dissipato. Quis autem hic de obligatione restitutionis dubitet, vbi adeo est iniustitia manifesta? Sic circa similia poterit discursus efformari. Pro sumptibus extraordinarijs videatur Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 3. num. 45. & in Politica pag. 769. s. Lo duodecimo.

Si venias quomodo faciendâ restitutio.

Assertio 5. Apprehensa ob penam commissi nequeunt de iurisdictionibus restituere.

Potest tamen bene mignè circa illa iudicari.

Assertio 6. Stipendia non possunt augere, & quedam alia.

CAPVT XV.

Proreges Indici quomodo Excommunicati-
oni deferre teneantur.

Assertio 1.
Proreges
poſſe ex-
communi-
cari ab or-
dinarijs, ne-
que in hoc
Regum
gaudere
privilegijs.

148 **D**ico primò. Proreges Indici poſ-
ſunt, ſicut & alij, ab Ordinarijs ex-
communicari. Pro hoc videndus
Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 10. n. 66. & ſeqq. &
in Politicâ pag. 883. s. Lo que mas. Vbi ex pluri-
bus Auctoribus oftendit ſolis Regibus privile-
gium iſtud competere, vt à ſolo Pontifice ex-
communicari poſſint. Et ab eo adductis adden-
di P. Gaſpar Hurtadus *Tractatu de Excommunicati-
one Diſput. 12. Difficult. 2. s. Subditus. P. Palaus*
Tomo 6. Diſput. 1. Puncto 6. num. 3. P. Bauny
Tomo 1. Diſput. 2. Quaſt. 6. Dub. 9. P. Layman
Lib. 4. Tract. 6. Cap. 1. num. 4. quamuis non deſint,
qui hoc etiam Regibus negent: ſic enim tenent
Marius Alterius *Tom. 1. de Cenſuris pag. 37. Col. 2.*
& P. Fagundez *Præcepto 2. Lib. 1. Cap. 3. num. 21.*
Proreges autem non gaudent privilegio ab Apo-
ſtolica Sede conceſſis dubitari nequit: Tum quia
quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ad con-
ſequentiam ſunt trahenda. Quæ eſt iuris regula. 28.
in Sexto. Tum etiam quia cum hoc ipſum privile-
gium gaudere poſſint, illud debent ostendere:
quod ſtatutum in Cap. *Cum perſona*, de Priuile-
gijs, in Sexto: Atqui tale privilegium non oſten-
ditur: ergo nihil eſt, quod Ordinariorum poſ-
ſit ſententiam prohibere. Item. Ex repræſentati-
one Regiæ perſonæ argui nequit, quia hoc ip-
ſum eſt, quod contendimus: privilegium ſcilicet
Apoſtolicum non poſſe ad repræſentantem per-
ſonam eius, cui eſt conceſſum, extendi, & qui-
dem repræſentatio hæc non tollit inæqualitatem
Regiæ, & Prorégiæ perſonæ, & ita eſt in illis
diuerſa ratio: & Rex quidem poterit Proregi ſuo
repræſentationem ſui conferre, non tamen in
eum privilegium Apoſtolicum transferre, quia
neque ex generali conceſſione, neque ex particu-
lari aliqua, hoc habetur. Habet Rex privilegium
comedendi carnes in diebus vetitis: poteritne il-
lud ſuo conferre Proregi? Quis hoc niſi per ſum-
mam inſcitiam affirmarit?

Vrgetur ex
Cap. Ne
aliqui ex-
ceſſionem
prohibent.

149 Quod virgen poteſt ex Cap. *Ne aliqui*,
vbi ſuprà. Cum enim ibi Clemens Quartus de
privilegijs eorum agat, qui excommunicari, aut
interdicij nequeunt; addit tamen privilegia talia
non extendenda, cuiuſcumque præminentia,
dignitatis, & conditionis ſint, Regibus, Reginis,
& eorum filiis, ac Religioſis cœtibus exceptis, ſic
decernens: *Ad Ordinariorum ſententias & proces-
ſus edito perpetuo prohibemus extendi.* Sic ille. Pri-
vilegium ergo Regium in materia cenſurarum,
non eſt ad Proreges, etiamſi præminentiam
ſingularem habeant, extendendum. Et multò
minùs ad Regios alios Miniſtros, vt nonnulli
contendunt, contra quos bene diſputat Diana,
Parte 2. Tract. 1. Reſolut. 9. Probat autem idem
Textus inceptè fieri extensionem de perſonâ ad
perſonam; cum neque in perſona eadem exten-
ſio locum habeat in ordine ad id, quod licet ver-
ba videantur exprimere, ratio tamen non patitur

ampliari: Ne aliqui de indultis Apoſtolicis confidentes, Clemens
alios confidentes in ſuo iure moleſtent, & Ordinari-
um iuriſdictionem contemnunt pariter & eludant, vt
loquitur Pontifex: quod tamen de Regijs perſo-
nis, & Religioſis non eſt cœtibus præſumendum:
cum de Proregibus aliter exiſtimandum multi-
plici experimento doceamur. Et ex præſati Ca-
pituli determinatione fit latis obiectioni, quæ ex
Inquiſitorum iuriſdictione inſtrui poteſt: illi e-
nim, vt ex Concordatis conſtat, nequeunt Pro-
reges Indicos excommunicare. Ex hoc enim
privilegio ad Ordinarios fieri Conſequentia ne-
quit, propter rationem & deciſionem Pontifi-
cis. Neque ex eo fiet vt Inquiſitorum iuriſdi-
ctionem contemnunt aut eludant; id enim eſt
Regijs cautionibus abundè prouiſum: & dum-
modò illi intra ſuos ſe contineant terminos, ſem-
per illos Proreges veneratione eximiâ proſe-
quuntur.

Clemens
4. verba.
Ex Inqui-
ſitorum
prohibiti-
one non
bene ar-
gui.

150 Dico ſecundò. Quod Assertione præceden-
ti eſt dictum, de excommunicatione intelligend-
um eſt quantum ad valorem: quæ tamen niſi
in caſu ſpecialiſſimo licita non erit. Probat
ratione, quam pro Regibus adducit P. Bauny
ſuprà ita ſcribens: *Ere tamen eſt communi eos hoc*
tempore quoad hanc penam non ſubſiſſe Ordinarijs ob
*turbatum motum certum, ſi publicè, deque loco ſupe-
riore excommunicati renuntientur ab Episcopis.* Sic il-
le. Atqui turbatum motus ob excommunicationem
Proregum etiam vrget, & præſertim in
Indiis, in quibus à ſupremis Principibus non
poteſt ſtatim commodum remedium adhiberi:
ergo illorum excommunicatio generaliter lo-
quendo libita non eſt. Id quod de publicâ de-
nuntiatione dicendum pariter ob ſimile funda-
mentum. Caſus autem ſpecialis non poteſt af-
ſignari, cum ex circumſtantijs pendeat, quas
quidem Prælati, adhibito ſapientium, pruden-
tium, expertorumque virorum conſilio & pri-
uatis ſemotis affectibus, ponderabunt: illud
præ oculis habentes, quod Innocentius Quar-
tus in Concilio Lugdunenſi obſervandum præ-
ſcribit verbis illis: *Cum medicinalis ſit excommuni-
catio, non mortalis, diſciplinans, non eradicans: dum*
tamen is, in quem lata fuerit, non contemnat; cauè
*provideat iudex Eccleſiaſticus, vt in ea ſerenda oſten-
dat ſe proſequi, quod corrigentis fuerit & medentis.*
Sic ille. Et habetur in Cap. *Cum medicinalis*, de
ſententia excommunicationis in ſexto.

Assertio 2.
Excommu-
nicationem
dictam va-
lidam ſu-
turam, ſed
raro licit-
am.
P. Bauny.

Quid in
ea ſerenda
obſervan-
dum.

Cap. Cum
medicinalis.

151 Vbi non eſt ſenſus, vt aliquis ſiniſtre
interpretari poſſet, quando quis contemneret,
feuerè cum illo per excommunicationem agen-
dum, etiamſi medicina in tormentum animæ &
corporis ſuo vitio conuertatur: ſed excommuni-
cationem eſſe medicinalem ex naturâ ſuâ, niſi
quis contempſerit medicinam, & ita illi non pro-
ſit, ſicut Eccleſia prodeſſe deſiderat. Sed talis
eſſe contemptus poteſt, vt de medicinâ ſperari
nequeat, & ita ſatiùs fuerit ab illa penitus abſti-
nere. Sic enim & in medicinis corporalibus ac-
cidit, vt quando non iudicantur proſuræ ob peſ-
ſimam ægri diſpoſitionem, ab iis debeat adhiben-
dis temperari. Pro quo videri poteſt P. Suarez
Tomo 5. in 3. p. Diſputat. 4. Sect. 5. num. 10. vbi
præſatum Caput doctè explicat, oftendens quo-
modo excommunicatio medicina ſit, & id ſpe-
cialiùs ei conueniat comparatione aliarum pec-
narum,

Quomodo
ſit medici-
nalis.

Nonnulla circa Proreges Reſolutiones.

Et ſpeciali-
ter compa-
ratione alia-
rum pena-
rum.
P. Suarez.

naturâ, quas Eccleſia inſtigere poteſt: Nam per
ſe intendit (verba illius ſunt) non ſolum præueneri ſu-
tura peccata, ſed potiùs per ſe primò curare peccatum à
peccato commiſſo, & liberare illum ab ſtatu, in quo per-
manet ratione talis peccati. &c. Quando ergo de tali
bono effectu ſpes nulla eſt, aut ſatis infirma, con-
tra charitatem eſt, & videtur etiam contra iuſtitia-
m, quæ rectam iuriſdictionis adminiſtrationem præſcribit, illam applicare.

154 Tertia, Peccare concedentes licentiam
ædificandi Monaſteria aut Conuentus, quod
Regijs reſcriptis ſeriò prohibetur. Et quidem
non deſunt, qui cœntent leges huiuſmodi contra
immunitatem Eccleſiaſticam militare, & ita non
eſſe obligatorias, pro quo multos adducit Diana
Parte 1. Tractat. 2. Reſolut. 62. & 129. quos & ille
ſequitur. Contrarium tamen alij tenent, quos
congerit & ſequitur D. Solorzan. *Tomo 1. Lib. 2. Reges an id*
Cap. 20. & Tomo 2. Lib. 3. Cap. 23. n. 31. & ſeqq. & in
Politicâ pag. 695. Col. 2. habetque in ipſo naturæ
iure magnum fundamentum. In ſolo ſiquidem
priuati hominis nullus eo inuito ædificare poteſt,
etiamſi illud, quod ædificari contenditur, maxi-
mè ſacrum ſit: ergo neque inuito Rege in eius
terris: quarum licet dominus dominio baſſo
non ſit, eſt tamen dominio alto & præcellento,
vnde terræ eius vocantur: ſicque in Bullâ Cœnæ,
vt vidimus num. 99. qui præter ſupremos Prin-
cipes in terris ſuis noua pedagia imponunt, ex-
communicantur: cum tamen conſtet maiorem
terrarum partem ad priuatorum dominium per-
tinere. Quidquid autem de hoc ſit alibi, in Indiis
certè alia eſt ratio, in quibus conceſſione Sedis
Apoſtolice jus habent Reges Catholici, vt ſine
eorum licentiâ nequeant Eccleſiæ, aut Monaſte-
ria ædificari. Sic enim conceſſit Iulius ſecundus
in Bullâ, quæ incipit, *Vniuerſalis Eccleſiæ*, die 28.
Auguſti An. 1508. quam adducit Dom. Solor-
zanus *Tomo 2. Lib. 3. Cap. 2. num. 10.* in cuius ſine
mendosè ſcriptum datam Anno 1580. non num-
meris, ſed verbis expreſſis: qui lapſus in Politicâ
correctus pag. 506. in principio. In illâ ergo ſic
poſtulant Ferdinandus Rex Catholicus, & Se-
reniſſima Ioanna eius filia, & Hiſpaniæ Regina;
Quod nulla Eccleſia, Monaſteria, aut locus pius, tam in
prædictis jam acquiſitis, quam alijs acquirendis Inſulis &
locis, abſque eorumdem Ferdinandi Regis, & Ioannæ Re-
ginæ, ac Regum Caſtelle & Legionis pro tempore exiſten-
tium conſenſu erigi aut fundari poſſint. Poſtulat autè
annuens Pontifex, ſic indulget: *Nos præſati &c. eiſdè*
*Ferdinando Regi, ac Ioannæ Regine Caſtelle & Legio-
nis pro tempore exiſtenti, quod nullus in prædictis ac-
quiſitis, & alijs acquirendis Inſulis, & locis maris hu-
iuſmodi, Eccleſias magnas, & locis ſtatui præſati Regis
importantes, alias quàm Ferdinandi Regis, & Ioannæ
Reginæ, ac Regis Caſtelle, & Legionis pro tempore ex-
iſtentiſis expreſſo conſenſu, conſtrui, ædificari, & erigi
facere poſſit, &c.*

Neque dare
licentiam
ædificandi
Monaſte-
ria, &c.

Reges an id
poſſint pro-
hibere.

In Indijs
pro eo ſpe-
ciale prin-
cipium.

Conceſſio
Iulij 2.

Qua nò a
ſolis Ca-
theſtrales
arctantur
Eccleſiæ.

CAPVT XVI.

Circa nonnulla alia ad Indicos Proreges
ſpectantia poſtremæ, & breues reſo-
lutiones.

Proreges
non poſſe
tollere ius
quæſitum.

152 **P**rima ſit, non poſſe illos tollere ius
quæſitum priuatis, pro ſuo libitu. Et
certè pro libitu erit, etiamſi Aſſeſſo-
ris conſilium accedat, ſi illud manifefata volun-
tas, cui tutò contradici non poſſit, extorſerit. Et
quod ad ius attinet, bene obleruat Dom. Solor-
zanus *Lib. 4. cap. 10. num. 72.* & in Politicâ pag.
883. s. En quanto. Et ratio eſt clara; quia hoc
nec illis conceſſum eſt, nec concedi licitè potuit.
De conſilio autem etiam conſtat: quia coactum
iudicium non poteſt vocari conſilium, quod om-
nino liberam exigit voluntatem. Et ad hoc iniu-
ſtitia genus pertinet, quando factâ alicuius offi-
cii prouiſione, & titulo tradito, diſpoſitio reuo-
cato titulo reuocatur. Iam enim ius quæſitum
fuerat, & niſi noua aliqua ſuperueniat cauſa, quæ
indignitatem prouiſi conſtituat, manifefta illi ir-
rogatur iniuria. Si enim talis eſſet in donatione
gratuitâ; multò id certius haberetur in prouiſione
ſecundum iuſtitia leges conſummatâ.

Neque di-
lationes de-
bitorum.

153 Secunda, ſine iuſtis cauſis non poſſe
debitoribus dilationes, ſeu literas moratorias,
vulgo *Eſperas*, concedere. Quod patet ex eo quod
tales dilationes ſunt in præiudicium tertij, circa
quod Proregibus poteſtas nulla conceditur, vt
patet ex eorum titulis, & legibus, quæ de eiſdem
loquuntur: nec dari conuenienter poſſet, cum
in eo iniuſtitia appareat manifefta. Videndus
Dom. Solorzanus ſuprà num. 73. & 74. qui alios
adducit. Quando autem juſtæ cauſæ ſunt, dilata-
tiones concedere poſſunt, vt teſtantur adducti à
citato ſcriptore num. 73. & in Politicâ s. citato:
quod & ipſe tenet. Sunt autem juſtæ cauſæ, quas
iniuſtis hiſce temporibus experimur, retardationem
inquam Claſſium ob bellorum incurſio-
nes, pro quibus eligens è Societate ſcriptior ſic
cecinit:

Niſi ob iu-
ſtas cauſas,
quæ recen-
ſentur.

P. Millieu
in Moſſæ
viatore.

Temporibus bello infectis, & Marte inimico
Mercurij, queis cuncta palàm cœmercia ceſſant.
Fortuitum etiam aliquid, propter quod bonâ a-
gentes fide ſoluendo eſſe minimè potuerunt.
Homines præterea eſſe in commercio principes,
& de Republica benemeritos: circa quos ſi exe-
cutio vrgetur, ſtatus cum honore pariter vacil-
labit. Et generaliter dilationem debitori valde
eſſe vtilem, & creditori parùm nocuenti affer-
re. In quo quidem Proreges non gratuitum ali-
quid præſtant, ſed juſtitia actum exercent, ad
quem tenentur; cum id ad bonum Reipublicæ
ſpectat, cui ex officio debent prouidere.

Theſauri Indici Tom. I.

